

17  
1. v  
2. v  
3. v  
4. v  
5. v  
6. v  
7. v  
8. v  
9. v  
10. v  
11. v  
12. v  
13. v  
14. v  
15. v  
16. v  
17. v  
18. v  
19. v  
20. v  
21. v  
22. v  
23. v  
24. v  
25. v  
26. v  
27. v  
28. v  
29. v  
30. v  
31. v  
32. v  
33. v  
34. v  
35. v  
36. v  
37. v  
38. v  
39. v  
40. v  
41. v  
42. v  
43. v  
44. v  
45. v  
46. v  
47. v  
48. v  
49. v  
50. v





P. 26. num. 16.

AEMIL. LVDOV. HOMBERGK

zu Bach

1747, 5.

IVRIVM DOCTORIS ET PROFESSORIS ORDINARIJ

H. T. DECANI

PROGRAMMA

DE

IVSTITIA ARRESTI  
A IVDICE REI SITAE CONTRA  
FORENSEM DECRETI

QVO

GENEROSI ATQVE NOBILISSIMI  
ACADEMIAE CIVES

AD

LECTIONES

PER INSTANS SEMESTRE AESTIVVM

HABENDAS

INVITANTVR.

MARBVRGI CATTORVM

TYPIS PHILIPPI CASSIMIRI MVLLERI  
ACAD. TYPOGR. ANNO MDCCXLVII.





170. 170. 170.

AEMIL. LUDOV. HOMBERG

in Buch

PHYSIC. DOCTOR. ET PROMOTOR. ORDINARI

H. F. DECANI

PROGRAMMA

DE

IVSTITIA ARRESTI

A IUDICE REI SITAE CONTRA

FORENSEM DECRETI

GENEPROSI ATQUE NOBILISSIMI

ACADEMIAE CIVIS

LECTIONES

PER INSTANS SEMESTRE-ASSISTIVM


HAENNAE

IN VITAE T. V. R.

MARBURGI CATTORUM

PHYSIC. DOCTOR. ET PROMOTOR. ORDINARI

ACAD. PISOE ANNO MDCCCXXXI







§. I.



ultum certe ex iniquo odium illud *Arresta non sunt odiosa.* habet, quo arresta multi prosequuntur, postquam hæc legitimi remediū naturam induerunt. Quamvis enim processum ab executione inchoari vel ipsa ratio vetet, nec leges reum a foro suo pro arbitrio actoris abstrahi patiantur, sæpe ta-

men necessitas, periculum in mora, vel alia iusta causa iudices a regula ista recedere jubent. Quia arresta, cum decernuntur, præter securitatem, nihil juris petenti tribuunt, & executionis tantum speciem præ se ferunt, reipsa autem non sunt. (a) Vindicta quidem privata studium, cui Germanos multum indulgisse constat, odiosum reddidit institutum optimum, & Constitutiones Imperii, quarum mentem nonnulli haud affecuti sunt, multos in eam sententiam perduxerunt, quod remedio hoc uti nunquam liceat. Verum æquitas rei, consuetudo, qua mos iste sistendi in universa Germania invaluit, usus porro quotidianus, qui eundem firmavit, & denique Constitutiones Imperii, quibus



quibus arresta permiffa sunt, tandem effecerunt; ut scrupuli, quos vel ipsa Imperii Tribunalia olim suspensa tenuisse constat, cessent, & num remedio hoc uti liceat, nostro seculo frustra disputetur.

(a) L. B. DE LYNCKER *Tom. I. Conf. 23. n. 6.*

§. II.

*Sine arrestis  
judicia  
sæpe futura  
sunt elu-  
soria.*

Non opus est, ut hæc pluribus persequamur, cum multi utilitatem & necessitatem hujus remedii pridem executi sint. Monuisse sufficiat, quod judicia sine arrestis sæpe futura sint elusoria. Majores quidem nostri, cum lites in Germania celerima ratione terminarentur, remedio hoc facilius carere poterant, idque tum non sine ratione invisa inter justitiæ nomina referebatur. Nihil enim rationis erat, cur vel adversarius, vel bona ejus detinerentur, cum indilata civibus justitia administraretur, & suum unusquisque in foro rei sine ambagibus & temporis sumruumque dispendio consequeretur, forenses autem, in quorum gratiam hospitem jus, quod vocant, introductum erat, insigni insuper prerogativa gauderent. Hinc bona extranei impedimento constringere, a juris ratione alienum videbatur. Et si hoc præter morem contigisset, Magistratus judicem, qui arrestum decreverat, litteris rogabat, ut bona arresto liberaret, seque actori justitiam, quam celerrime administraturum esse spondebat, quam in rem egregiam multa attulerunt J. WENCKER (a) & N. H. GVDLING (b) Ex quo vero rerum facies mutata est, & vel justissima planissimaque causa ne in competente quidem,



quidem, nedum in peregrino foro citra prolixam disceptationem absolvi potest, ut vel hominis vitacitius aliquando decurrat, quam lis ejusmodi finiatur, utilissimo consilio receptum est, ut five rei servandæ, five jurisdictionis fundandæ causa personam aut res debitoris, cum subditi, tum peregrini, auctoritate Magistratus sistere liceat, donec rationi impetrati arresti satisfactum fuerit.

(a) *de justit. indilat. C. 1. p. 4. & C. 4. p. 64.*

(b) *in digest. L. 5. tit. 1. §. 26. jur. patr.*

§. III.

Qui remedium hoc inter odiosa referunt, ver-  
bis *Recessus Spirensis de anno 1570. §. 84.* quo ar-  
resta generaliter quodammodo prohibentur, nimi-  
um inhærent, & differentiam inter arresta facti  
& juris confundunt, cum tamen *Recessus Imperii*  
*de anno 1594. §. 82.* utrumque arresti genus du-  
bitationis tollendæ gratia sollicite distinguat. AR-  
RESTA FACTI, quæ privato ausu & sine causæ  
cognitione fiunt, post sublatam in Germania sibi  
ipfi jus dicendi licentiam severe coercentur. (a)  
ARRESTA IVRIS autem, quæ a iudice ad instantiam  
partis officium ejus pro interesse suo implorantis  
justa ex causa decernuntur inter saluberrimas  
Germaniæ consuetudines primum fere locum ten-  
ent. (b)

(a) *Rec. imp. de an. 1570. §. 84. & de an. 1594. §. 82.*

(b) *d. Rec. de an. 1594. §. 82. L. B. DE LYNCKER Tom. 2. Conf. 155. n. 31.*

A 3

§. IV.



§. IV.

*Arrestum  
juris defi-  
nitur.*

Arrestum juris ergo est iustus Magistratus, cum in jus vocatione conjunctus, vi cuius quis in alium locum se conferre, vel res suas, quo voluerit, transferre prohibetur, donec illi, qui arrestum iusta ex causa impetravit satisfactum fuerit.

§. V.

*Arresta li-  
cita, vel  
realia vel  
personalia  
sunt.*

Arrestum hoc, prout vel rem vel personam afficit, in reale & personale distinguitur. Cum vero & personæ & res earum, aliquando simul fistantur, hinc mixtum arresti genus dari nemo facile negaverit. Quemadmodum autem hæc ab aliis pridem fusius exposita sunt, ita non nisi ea, quæ ad thematis propositi illustrationem aliquid conferre videntur, attingemus.

§. VI.

*et tam  
contra ci-  
ves,*

Decernuntur autem arresta tum contra cives, tum contra forenses. Quod ejusdem loci cives vel subditi inter se hoc jure utantur, mirum videri non debet, quia jurisdictio ob concurrentes forum domicilii semper fundata est. Idque tam in personali, quam reali arresto obtinet. Si enim verbi gratia debitor meus de fuga suspectus est, vel alia iusta causa subsit, quid obstat, quominus personam vel res ejus sibi petam. Arrestum quidem reale, subtilis cæteroquin iudicii vir, C. G. TITIVS (a) inter unius domini subditos, nisi alia fori causa concurrat, vix recte adhiberi putat. Sed præterquam



terquam quod competentia fori, (ut mox dicemus) non requiratur & arrestum, vel ipso TITIO fatente, PER SE, forum producere possit; eadem certe ratio, quæ judicem movere debet, ut bona forensis sistat, etiam subesse potest, si cum cive rem habeamus. Nec ad rem facit, si quis instet, quod, eo casu non difficilis sit juris nostri per viam ordinariam persecutio adeoque remedium arresti, quo in subsidium tantum uti liceat, cesset. Sicut enim arresta sine justa causa nunquam decernenda sunt, ita vel ipsa ratio dicitur, id fieri posse, si talis causa adsit. Adest vero ejusmodi causa, quoties non vana opinione, sed justa ratione metuendum est, ne quis suum unquam, aut certe non sine sumptuum & temporis dispendio consequatur, quod profecto inter ejusdem domini subditos frequenter accidere manifestum est.

(a) *in jur. privato Lib. 8. Cap. 11. §. 27.*

### §. VII.

Verum hoc quoque inveterata consuetudini tum contra acceptum ferunt Germani, quod creditores, ut forenses decernuntur. HYBERI (a) verbis utamur, possint sistere suos debitores peregrinos, quamvis nulla subsit necessitas, nullumque fugæ periculum, ob solam commoditatem, illos in foro suo conveniendi, & ad solutionem, sine molestia sequendi lites in foro debitoris, compellendi. Vnde judex arrestum hujusmodi ad simplicem petitionem tertii decernere potest, licet in arrestatum, neque ratione domicilii, contractus, delicti similisve causæ jurisdictionem



nem habeat, ut præter sexcentos alios statuunt A  
 GAILIVS (b) & I. N. HERTIVS. (c) Injuria quidem  
 potius, quam jure hoc fieri existimat I. S. BRVN-  
 QVEL (d) nec non C. F. HOLLAND (e) si extraneus,  
 qui se judicio suo sistere, & quod judicatum fue-  
 rit, solvere paratus sit, nec auditus, nec convi-  
 ctus arrestetur, aut bona ejus decineantur, nisi  
 aut præstare statim, quod inique sapius petitur,  
 velit, aut in arresto hæerere, donec lis post longum  
 temporis intervallum finiatur. Sed quemadmo-  
 dum abusum, cui vel optima instituta obnoxia sunt,  
 non probamus, ita nec HYBERO in eo assentimur,  
 quod arresta hujusmodi præter necessitatis casum  
 indistincte decerni posse statuat. Cum enim ar-  
 restum personale quandam ignominia speciem con-  
 tineat, nemo certe id sine justa causa imponi pos-  
 se dixerit. (f) Quæ si adfuerit, nec iniquum ju-  
 dicem se præbet magistratus, dum reum arresto  
 constringit, nec opus est, ut instituti hujus rati-  
 onem cum HYBERO l. c. ex principio quodam Phi-  
 losophia HOBBIANA repetamus; cum justitia ad-  
 ministratio, cujus promovenda causa arresta com-  
 parata sunt, unicuique domino in territorio suo  
 fundatam tribuat potestatem faciendi id, sine quo  
 illa vel obtineri nequit, vel difficilius redditur.  
 Unde quilibet magistratus, ut mox pluribus vide-  
 bimus, competens est, in cujus territorio personæ  
 vel res sistendæ inveniuntur. (g) Cui sententiæ, li-  
 cet sua non constaret ratio, tamen sufficeret, quod  
 arresta judicialia in *Rec Imp. de anno 1594. §. 82.* in-  
 distincte a Constitutione Imperii eximantur, nulla  
 habita



habita ratione rerum aut personarum, sive transeundo tantum, sive certæ commorationis causa in territorio arrestantis existentium, ut recte observat vir, quo nemo accuratius in hoc argumento versatus est, F. C. VON FRICCIUS. (h) Vnde, quæ diximus, ad arresta etiam realia pertinent. Quæ impedimenti species, licet civilioris usus sit, quam prior, id tamen cum illa commune habet, quod sine justa causa contra forenses non magis decernenda sit, quam contra civem.

(a) *de arresto personali in Prælect. ad Dig. Lib. 2 Tit. 4. p. 601.*

(b) *Lib. 2. Obs. 44. n. 10.*

(c) *Decis. 534.*

(d) *in Diss. de arrest. ad effect. sst. §. 23.*

(e) *de arrestis C. 3. rb. 4.*

(f) *MEVIVS de arrestis C. 4. n. 4. P. 8. dec. 233.*

*L. B. DE LYNCKER in Diss. de eo quod Justum est in arresto forensis Jen. 1686.*

(g) *STRVV. in Syntagm. jur. Civ. Exerc. 26. §. 2.*

(h) *FRID. CAR. VON FRICCIUS de jurisdictione immediata summorum in Imperio tribunalium non fundata ad decernenda mandata sine clausula de relaxandis bonis immediatorum judicialiter arrestatis. §. 8. & 41. Alton. 1732.*

§. VIII.

Petuntur autem arresta in causis civilibus vel jurisdictionis fundandæ, vel rei seu debiti servandæ, vel causa. Hoc securitatis gratia ex necessitate fit; illud non tam ex necessitate, quam potius ex utilitate. (a) Vtrumque vero sistendi finem, is, qui arrestum petit, vel simul intendit, vel pro diversa

*Vel rei servandæ, vel jurisdictionis proroganda gratia;*

B

lium



suum ratione, unum ex iis tantum. Sive enim res ipsi fuerit cum cive, sive cum forensi, tum aut judicem rei competentem, aut non competentem, adit, ut persona vel res adversarii impedimento constringantur. Priori casu finis proroganda jurisdictionis cessat. Cum enim jurisdictio prorogata fit, quae a iudice incompetente jure exercetur, (b) hinc nec jurisdictionem in iudicem competentem prorogari posse, nec arrestum eo casu alium in finem, quam rei seu debiti servandi gratia peti intelligitur. Posteriori casu, cum iudex incompetens aditur, uterque finis & intendi, & si justa causa praecedat, facile obtineri potest.

(a) I. VOET in *Comm. ad ff. Lib. 2. tit. 4. §. 18. §. 22.*

(b) Vir perillustis, I. V. DE CRAMER in *Diss. de jurisd. prorog. §. 11.*

§. IX.

a iudice;

Arresta itaque, quatenus prohibita non sunt, decernit Magistratus, qui jurisdictionem habet. Pone enim arrestantem ea potestate non gaudere, & nihilominus personam vel res alterius detinere, arrestum facti erit, quod Imperii Constitutionibus prohibetur, non juris. Et cum arresta à iudice incompetente impetrata, effectum proroganda jurisdictionis habeant, hinc is, cujus iussu persona vel res alicujus sistuntur, jurisdictione pollere debet, quia in privatum non fit jurisdictionis prorogatio. (a) Quod vero multi tradunt, iudicem, qui arrestum decernit, mixtum imperium habere debere



debere, (b) ne monendum quidem videbatur, quandoquidem nulli in Germania sunt iudices, qui potestate illa non gaudent. Præterquam enim quod ei, cui data est jurisdictio, id quod datum videatur, sine quo illa explicari nequit, (c) Germanorum certe jurisdictio imperio magis, quam cognitione & jure dicundo absolvitur. (d) Unde est, quod vel ii, qui infima jurisdictione gaudent, arresta decernere possint, licet iudex infimus in civilibus causæ cognitione destituatur, quod exemplo jurisdictionis infimæ Bremensis declarat Vir Illustris F. E. PVFENDORF. (e) Quamvis enim hæc jurisdictionis species in Ducato isto arresta decernendi facultatem tribuat, si summa xx solidos non excedit, tamen prosecutio & relaxatio arresti ab ea separatur, quia hac in re causæ cognitionem intercedere oportet. Potius admonendi sumus, iudicem, in quem jurisdictionem per viam arresti prorogare intendimus, jurisdictionem in eodem causarum genere habere debere. Nam si ea destituatur, ne quidem rei seu debiti servandi causâ arrestum semper decernere poterit.

(a) *vid. DE CRAMER l. c. §. 30.*

(b) *MEV. De arrest. C. 8. n. 7.*

(c) *l. 2. ff. de jurisd.*

(d) *PVFENDORF. de Jurisd. Germ. P. I. C. I. §. 4.*

(e) *l. c. P. 3. sect. 2. Cap. 5. §. 11.*

§. X.

Ut vero iudex, quoad causam ipsam, quæ ar- *ram incom-*  
resto occasionem præbet, competens sit, non re- *petente,*  
quiritur. Et rei quidem seu debiti servandi causâ,



quemcunq̄ue iudicem etiam post litem contesta-  
tam arresta decernere posse, non ambigitur, cum  
hoc arresti genus, vt I. VOETIVS (a) tradit, securi-  
tatem tantum respiciat, neque adeo tam durum  
aut odiosum sit. Hinc in iis etiam locis, vbi reum  
iurisdictionis fundandæ causa sistere non licet, rei  
men servandæ causa id non denegatur. Plus dif-  
ficultatis subest, cum arrestum eum in finem peti-  
tur, ut causa ipsa in loco impetrati arresti ventile-  
tur. Nam ex eo, quod persona vel res alicubi  
reperiatur, iudicem loci competentem fieri negant  
(b) & solam arresti impositionem non magis, quam  
præstationem cautionis de iudicio sisti & iudicatum  
solvi, litis pendentiam inducere contendunt, (c)  
& ideo reum arresto relaxato cogi non posse, ut  
de causa principali in foro impetrati arresti respon-  
deat, nisi Magistratus arrestans præterea compe-  
tens sit, ratione domicilii vel contractus, similis-  
ve causæ. Iudicium arresti enim, eo relaxato fi-  
niri dicunt, ut iudex de causa ipsa cognoscere  
nequeat. Verum, quam speciosum etiam sit hoc,  
quod ex iurisdictionis defectu petitur argumen-  
tum, sententiam tamen, quam tuemur non in-  
fringit. Competentia enim, quam iurisdictione lo-  
ci vi fundatæ in territorio potestatis tribuit, arre-  
sta decernendi facultatem dat. Arresta vero, vi-  
gore consuetudinis, quæ in universa Germania in  
valuit, forum PER SE fundant, (e) litis pendentiam  
inducunt, (f) & iurisdictionis prorogandæ ef-  
fectum habent, ut eo in loco, ubi quis in perso-  
na vel bonis arrestatur, ibi forum personæ & causa  
cont-



competens fiat, praestitaque cautio aliquando ab arresto quidem, non vero a processu & a iudicio liberet, (g) neque in realibus, neque in personalibus actionibus. (h)

- (a) l. c. §. 19.
- (b) COLERVS de proc. exec. P. 2. C. 3. n. 9.
- (c) BESOLDVS Conf. 226. n. 21.
- (d) TEXTOR ad Rec. Imp. de an. 1600. Disp. 9. §. 54. seq. BLVM. in Proc. Cameral. Tit. 33. §. 11.
- (e) TITIVS l. c. COCCEIVS in Diss. de fundata in territorio & concurrente plurium locorum potestate C. 4. §. 19. STRYK. in Vs. mod. Lib. 5. tit. 1. §. 32. LYNCKER Dec. 26. & 219. DE LVDOLPH de jur. cam. Sect. 1. §. 9. p. 73.
- (f) BRVNOVELL in Diss. de proc. arresti ad effect. sistendi §. 50.
- (g) MEVIVS P. 3. Dec. 56. ERVNOVELL l. c. §. 51.
- (h) DE WERNHER P. 3. Obs. 199. ibique suppl. Vol. 3. p. 785. SCHAUMBURG in Princ. prax. jud. Lib. 2. C. 7. §. 1. \*\*\*\* & §. 3. VON ERICIVS l. c. §. 50-55.

§. XI.

Quod si ergo arrestum a quocunque iudice eum, effectu prorogatae jurisdictionis impetrari potest, nemo facile dubitabit, quin supposita sistendi licentia, iudicem competentem eum in finem adire liceat, ut arrestum decernat, non quidem jurisdictionis prorogandae causa, sed ut ratione juris nostri securi reddamur & minori sumtuum atque temporis dispendio consequamur, quod ordinaria via difficulter obtineremus.

B 3

§. XII.



§. XII.

*ratione domicilii,*

Vnde in eo omnes conveniunt, quod arresta præcipue petere liceat in foro domicilii, cum forum hoc generale sit & ordinarium, omnesque causas ad se trahat, (a) adeo, ut quod ibi impetratum est arrestum, etiam res arrestati mobiles extra territorium iudicis sistentis repertas afficiat. (b)

(a) MEVIVS *de arrest. C. S. n. II.* HOLLAND *de arrest. C. 3. rh. 3.*

(b) CARPZOV *in Proc. Tit. 21. §. 6. n. 44.* DEBERGER *in Oecon. jur. Lib. 4. Tit. 30. §. 3. not. 26.*

§. XIII.

*contractus,*

Ratione loci, ubi quis intuitu contractus celebrati forum sortitur, idem juris est. Non solum enim debitor, tam ante, quam post sententiam in loco contractus deprehensus detineri potest, (a) sed etiam bona rei ibidem sita vel reperta impedimento judiciali constringi possunt. (b) Nam qui in loco aliquo contrahit, foro se ibidem submittit, unde fit, quod arrestatus de foro excipiens, non audiatur, nec interventio Magistratus ordinarii attendatur, licet privilegium de non arreslando habeat. (c)

(a) III. PVEENDORF. *Obs. 167.*

(b) ICTI HALLENSIS *Tom. I. Lib. III. Cons. 23. n. 6.* MEVIVS *P. I. Dec. 239.*

(c) CARPZOV. *Lib. 2. Resp. 29 n. 26.*

§. XIV.



§. XIV.

Neque circa delicta aliud observatur. Qui delicti, enim delinquit, jurisdictioni magistratus, ad quem hoc causarum genus eo loco pertinet, se ultro subicit, & in poenam, qua delictum, ibi coercetur, consentire videtur. Quamobrem cum reus criminis, quem fuga abstulit, ubicunque deprehendatur, sisti possit, multo magis res ejus in loco delicti inventæ magistratus jussu detineri poterunt. (a)

(a) ICTI HALENSIS Tom. I. Lib. I. conf. 18. n. 5. & conf. 121. num. 7.

§. XV.

Sequitur forum rei sitæ in quo arresta peti at- rei sitæ, que decerni posse, ex dictis fuit. De qua fori causa dum loquimur, non tantum ad res immobiles respicimus, sed mobilium etiam rerum, quæ in loco aliquo reperiuntur, rationem habendam esse arbitramur. Quamvis enim res mobilis non dicatur sita in sensu Grammatico, aut Geographico, in sensu tamen Juridico eam recte sic vocari vir doctissimus I. R. LUDOVICI (a) apposite monuit. Non incelebris est, quæ AZONEM inter & HYGOLINVM ea de quæstione agitata est controversia. Ille actoris arbitrio relictum esse putabat, num rem mobilem, quam suam esse contendat, in foro domicilii, an verò rei sitæ vindicare malit, licet reus alibi habitaret. Hic vero rei mobilis vindicationem tantum in foro domicilii institui posse contendebat. Alii denique media incedentes



res via, distinguendum esse putabant, an res mobilis alicubi sit, ut ibi perpetuo maneat; an vero quasi transitura vel custodia causa ibi reperiatur. Illo casu res mobiles & immobiles pari jure cense-ri; posteriori rei vindicationem in foro domicilii intendendam esse statuit. HVGOLINI sententiam in puncto juris veriore esse existimat G. BEYER (b) AZONEM vero præter CARPZOVIUM (c) integra dissertatione defendit I. O. TABOR, (d) nec ratio- nibus tantum non destituitur hæc sententia, sed & per totam fere Germaniam eam receptam esse te- stantur I. SICHARDVS (e) H. VVLTEIVS. (f) DE BERGER. (g) Quæ cum ita sint, e longinquo petenda non vi- detur ratio, unde sit, quod rem, quam persequimur, siue mobilem, siue immobilem ubi deprehendatur vel sita fuerit, sistere liceat, quandoquidem arresta a judice competente justa ex causa decerni posse om- nes fatentur. Quamvis enim proprie res mobiles tantum impedimento constringantur, arrestum ta- men suo etiam modo ad immobilia pertinet. (h) Vnde moribus receptum est, possessorem rei im- mobilis alibi domicilium habentem, mediante ar-resto rei immobili in loco situs imposito, adigi ut illic litem de ea suscipiat. (i) Quod si obtinet, cum lis rem arresto constrictam non concernit, multo magis licebit, rem ipsam, quam persequimur, ejus servandæ causa, sistere.

(a) in Doctrin. Pand. L. 5. tit. 1. §. 19.

(b) in posit. ad Pand. L. 5. tit. 1. th. 110.

(c) in processu Tit. 3. art. 3. §. 2.

(d) in Diss. ubi in rem actio.

(e) iz



- (e) *in l. f. C. ubi in rem act.*  
 (f) *in l. 1. n. 19. in f. C. eod. tit.*  
 (g) *in elect. disc. for. tit. 4. Obs. 8. not 2.*  
 (h) H. PISTOR *Lib. 1. qu. 15. n. 71. seqq.* RICHTER *P. 2. Dec. 77. n. 51.*  
 (i) I. VOET. *ad Pand. Lib. 2. tit. 4. §. 25.* ibique GROENEWEGEN *ad l. un. C. ubi de heredit. CARPZOV. Tit. 21. art. 3. §. 7.* DE BERGER *in Oecon. jur. Lib. 4. tit. 30. & in El. Disc. for. Tit. 51. Obs. 4.*

§. XVI.

In alia tamen omnia abit M. BERLICHIVS. (a) *licet nulla Arrestum enim in loco bonorum sitorum impetratum, nec valere, nec impetranti jus aliquod tribuere statuit, nisi simul concurrat, vel locus contractus vel domicilii. Cujus opinionis fundamentum in eo latere videtur, quod sola bonorum situatio, ut M. COLERVS (b) loquitur, non tribuat competentiam fori in processu summario, adversus eum, qui alibi domicilium habet, nec in loco impetrati arresti contraxit. Verum sicut nemo fundamentum processus summarii in rerum immobilium situ facile quæsierit, ita CARPZOVIUS (c) causam arresti a regula excipiendum esse recte monet. Nam cum vel incompetens iudex arresta decernendi facultate gaudeat, nulla certe apparet ratio cur hanc potestatem denegemus iudici, qui ratione rei sitæ competens est. Quod vero processus summarius in hoc causarum genere obtineat, ejus rei ratio non ex eo, quod arrestum in foro rei sitæ decretum fuerit, sed ex qualitate & natura arresti*

C

repe-



repetenda est, siquidem ejus hæc est indoles, ut causa ipsa, propter quam impositum est, celerime finiri debeat.

(a) *Conclus. 74. n. 71.*

(b) *Part. 1. C. 2. n. 110. & Part. 2. C. 1. n. 57.*

(c) *Part 1. const. 29. def. 29.*

§. XVII.

*non tantum si actione reali agatur;*

Arrestum itaque, a iudice rei sitæ decretum non tantum effectum sistendi habet, sed hoc amplius operatur, quod causa ipsa invito impetrante alio in foro tractari nequeat. Et minus quidem dubii id habet, cum actio realis instituitur, tum quia forum rei sitæ his actionibus proprium est, tum quia reus jurisdictioni ejus, cujus arbitrio executio subest, etiam quoad cognitionem se submittere debet, (a) id quod vel ii, qui arresta in foro rei sitæ impetrata non indistincte competentiam tribuere contendunt, haud diffitentur, (b) Quamobrem arrestum hoc casu non quidem prorogandæ, attamen firmandæ jurisdictionis effectum habere, manifestum est.

(a) *TITIVS l. c.*

(b) *CARPZOV. l. c. & Lib. 2. tit. 2. Resp. 31. n. 10. ZANGER de except. C. 1. P. 2. n. 268.*

§. XVIII.

*sed etiam personali actione instituta,*

Ad personales actiones quod attinet, difficilior quodam modo inspectio est. Movet nonnullos, quod hæc actiones in foro rei sitæ institui nequeant. Quin tanti hæc ratio visa est D. MOLLERO (a) & ZANGERO (b), ut statuerent, debitorem relaxa-



to arresto, cogi non posse, ut de debito respondeat, quamvis iudicium, coram eo iudice sub quo bona sunt, coeptum fuerit, nisi simul ratione contractus vel domicilii ibidem forum sortiretur. Quam sententiam suam fecit CARPZOVIVS, (c) reum eo casu ab instantia absolvendum esse ratus. Interim arrestum in foro rei sitæ non solum securitatis gratia, sed etiam juris sui persequendi causa peti- tum in personalibus quoque competentiam tribue- re, litisque pendentiam inducere (d) verius est. Forum enim rei sitæ, testibus viris exacta consue- tudinum Germanicarum notitia celeberrimis, IOH. SCHILTERO (e) N. H. GYNDLINGIO (f) & I. G. ESTORE (g) latius quondam in Germania patuit & hodie majoris passim amplitudinis existimatur foro domicilii, ut debitor alicubi locorum etiam- num in foro rei sitæ actione personali conveniri possit. Quæ tamen ratio, si cui, uti non debet, displicuerit; sufficit, quod arresta vi sua etiam in perso- nalibus forum competens reddant. Quod quemadmodum propter notoriam consuetudinem negari nequit, ita rationem arrestorum fundandæ jurisdictionis causa introductorum actiones in personam potissi- mum respicere, summi iudicii vir I. VOET (h) recte arbitratur, & quod hoc jure utamur, HENR. COCCEIVS (i) S. STRYK (k) DE LYNCKER (l) DE WERNHER (m) MEVIUS (n) SCHAVMBVRG (o) VON ERICCIUS (p) testantur.

(a) Lib. 4. semestr. c. 12.

(b) de except. C. 1. P. 2. n. 269.

(c) Lib. 2. tit. 2. Resp. 31.

C 2

(d) vid.



- (d) vid. BRUNNEM. ad l. 30. ff. de jud. n. 11. 12.
- (e) in Exerc. ad Pand. Ex. 13. §. 27--31.
- (f) in Dig. Lib. 5. tit. 1. §. 30. 32.
- (g) in diss. de jurisd. cur. client. cap. 7. §. 38. p. 76.
- (h) in Comm. ad Pand. Lib. 2. tit. 4. §. 25.
- (i) l. c.
- (k) in Pr. mod. Lib. 5. tit. 1. §. 32.
- (l) Dec. 30.
- (m) l. c.
- (n) P. 5. dec. 221. (o) l. c. (p) l. c. §. 55. 56.

§. XIX.

*idque sine  
distinctione,  
utrum  
arrestatus  
sit mediatus,  
an  
immediatus,*

Neque interest, mediatus sit is, cujus bona a iudice rei sitæ arresto gravata sunt, an immediatus. Quæ a nonnullis in contrarium asseruntur, huc fere redeunt: quod absurdum sit, Statum Imperii vel res ejus ad instantiam tertii per Magistratum alterius Status detineri. Hac enim ratione Statum in Constatum sibi arrogare jurisdictionem, quam non habeat, cum tamen par in parem imperio non gaudeat, & immediati præter Casarem & Imperium nullum iudicem agnoscarant; ipsæque Imperii Constitutiones personas vel res eorum impedimento constringi vetent. Verum tanti hæc non sunt ut quem in contrarium movere debeant. Immediatos enim Imperii ratione bonorum in alieno territorio sitorum Imperio mediate subjectos esse, adeoque nec jurisdictioni alterius Status se subtrahere posse, sed coram iudice rei sitæ, vel domicilii, ut privatos, forum sortiri, inter juris Publici Doctores non tantum convenit, a) sed etiam Imperii Legibus expresse cautum est, (b) & in praxi servatur. (c) Vnde statum Imperii, cujus bona ar-  
resto



resto constricta sunt, ne immedietatis quidem exceptione forum declinare posse certissimi juris est. (d)

(a) I. N. HERTIVS *Resp.* 46. n. 8. KNIPSCHILD *de civit. Imp. Lib.* 2. c. 5 99. HVG *de Statu Reg Germ. Cap.* 4 §. 26. DE LYNCK. *de immediet. Civ. I. R. G.* §. 26. aliique apud FRICCIUM *l. c.* §. 49. *seq.* add. Vir. Illustris I. H. BOEHMER *Tom.* 2. P. 2. *Conf.* 1021. n. 3.

(b) INSTRVM. PAC. CAESAR. SVEC. *art.* 5. §. 28. ibique HENNIGES. CAPITVLAT. NOVISS. *art.* 22. §. 5.

(c) Recentissim. præjudicium exhibet III. ESTOR *l. c.*

(d) TEXTOR *in Dec. Palat. D.* 1. not. 2. n. 4.

§. XX.

Egrege hanc doctrinam confirmat præjudicium, quod exhibet perillustris quondam Imperialis Camerae Assessor, G. M. DE LVDOLPH. (a) Cum nimis Tripfio cuidam lis esset, cum Filiis Principibus Waldeccensibus de Dynastia Eys sub jurisdictione summae in Brabantia Curiae sita, nec Tripfio Principes tanquam immediatos Imperii Cives in Camera vel Iudicio Imperii Aulico convenire consultum videretur, jurisdictionem fori Brabantini Ordinarii fundavit per viam arresti, quo factum est, ut, facente id perillustri DE LVDOLPH, iudicium Brabantinum competens factum fuerit in causa principali, adeo, ut quidquid jurisdictioni esset consequens, ab eo recte adversus arrestatum aut res illius exerceri potuerit.

(a) *in Symphor. Consult. & Decis. For. Tom. I. Conf. & Dec.* 45. prop. 12. p. 1424.

§. XXI.

Quae cum ita sint, nullum dubium est, quin dominus, qui vi consuetudinis subditos suos in pro-

*& ampliat-  
tur, icet  
caussa prin-*



*cipalis per* prio iudicio convenire potest, persequendi juris  
*indirectum* sui causa arrestum ibidem contra illos impetrare  
*utilitatem* possit. Quamvis enim nemo in propria causa re-  
*domini con-* gulariter iudex esse queat, mos tamen ille exercen-  
*cernat, cu-* di jurisdictionem in causis propriis, ut HEINECCIUS  
*ius nomine* (a) egregie evicit, nec ab æquitate naturali abhorret,  
*jurisdictio* nec juri Civili repugnat, sed in universa fere Ger-  
*exercetur.* mania invaluit. Quo jure si omnes mediati, qui  
 jurisdictionem patrimoniam habent, utuntur, con-  
 suetudo certe, qua Status Imperii superioritate ter-  
 ritoriali eminentes, cum subditis suis in propriis Dic-  
 tasteriis contendunt, maxime rationalis videri debet.  
 Neque est, ut quem turbet, quod multi Jurisdic-  
 tionem Camerae fundari statuunt, si Princeps aliusve Im-  
 perii Status subditum immediate ipsi subiectum con-  
 venire velit. (b) Hanc enim regulam suam ipsi subji-  
 unt exceptionem; nisi inveterata consuetudine rece-  
 ptum sit, ut subditus, seu civitas municipalis coram  
 iudice curiae a suo Principe conveniri possit.  
 Consuetudinem enim jurisdictionem tribuere, & ut  
 quis iudex sit in propria causa, consuetudine induci  
 posse GAILIUS (c) BLUMIUS, (d) aliique testantur.  
 Unde sequitur, iudicem qui bona Status ejusdem  
 Imperii sub jurisdictione sua sita ad instantiam tertii  
 impedimento confringit, competentem esse, quam-  
 vis causa per indirectum concernat utilitatem Do-  
 mini, ejus nomine jurisdictionem exercetur. Pone enim  
 Dominum ipsum petiisse arrestum; eum jure suo  
 usum esse & iudicem arrestum decernendi potesta-  
 tem habuisse, fatearis, necesse est. Subditum scilicet,  
 quem cum viro Illustri H. AB EYBEN (e) & I. N. HER-  
 TIO (f)



TIO (f) intuitu bonorum in territorio ejus sitorum, non inepte REALEM dixeris, vi consuetudinis in proprio judicio convenisse dicendus esset. Quod, quin recte fiat, non est, ut quis dubitet. (g)

- (a) in *Diss. de dominis subditos suos in proprio judicio convenient.* §. 13. 14. add. BERLICH. *dec.* 109.
- (b) MYNSINGER *L. 5. O. 1. n. 1. Gail. L. 1. O. 1. n. 18.*
- (c) *L. c.*
- (d) *de Proc. Cam. Tit. 26. §. 27.* add. L. B. DELYNCK. *de gravam. extrajud. c. 9. P. 2. §. 39. n. 8. p. m. 857.*
- (e) in *Elect. Feud. c. 11. §. 14. Oper. p. 637.*
- (f) in *Diss. de subject. Territorial. §. 3. Vol. I. Tom. 2. p. 258. cl. nov.*
- (g) G. M. DELVDOLF *Obs.* 228.

§. XXII.

Quod si itaque arrestum a iudice rei sitæ ad instantiam tertii eum pro suo interesse implorantis decretum fuerit, tantum abest, ut oblata cautione de iudicio sisti & iudicatum solvi statim relaxandum, & nisi id fiat, summorum in Imperio Tribunalium jurisdictionis, ad decernenda Mandata sine clausula de relaxandis bonis immediatorum judicialiter arrestatis fundata sit; ut potius arrestum nec relaxari semper, nec causa alibi quam in foro imperati arresti ventilarari, nec summorum Imperii Tribunalium jurisdictionis ad mandata ejusmodi decernenda, fundata videri possit. Constitutio enim Imperii de anno 1570. §. 84. qua dissentientes abutuntur, de arrestis facti tantum agit, Arresta juris autem ab ea excepta esse, MEVIVS (a) BLVIVS (b) nec non G. M. DE LYDOLF (c) testes sunt omni exceptione majores. Sunt quidem argu-

*Monitum de non fundata summorum imperii tribunalium jurisdictione ad decernenda mand. f. cl. 85c.*





argumenta adhuc bene multa, quæ insuper obji-  
cuntur. Sed ut iis refellendis prolixam impendamus  
operam, opus non est: cum vir doctissimus F. C. VON  
FRICCIUS (d) argumentum hoc ita pertractaverit,  
ut nihil addi posse videatur.

(a) *de arrest. c. 15. dec. 59.*

(b) *in Proc. cam. tit. 33. §. 11.*

(c) *in jur. cam. sect. 1. §. 9. p. m. 73:*

(d) *loco sepius citato.*

§. XXIII.

*Invitatio  
ad Lectio-  
nes prox-  
ime incho-  
andas.*

Et hæc quidem, ne sine præfamine ad labores ac-  
cederem, dicenda videbantur. Restat, ut de Lectio-  
nibus proxime inchoandis certiores reddam Gene-  
rosos atque nobilissimos commilitones, qui hæctenus  
institutione mea usi sunt, vel eidem per instans cur-  
riculum se committere apud animum constituerunt.  
EXERCITIUM DISPUTATORIUM PUBLICUM singulis  
Mercurii diebus continuabo. Privatim auspicabor  
Collegium in PANDECTAS hora IX -- X. & XI -- XII.  
auctore HEINECCIO. Institutiones vero, cum ob aliis  
labores explicare non vacet, PRIMAS IVRIS CIVILIS  
LINEAS, quæ hæctenus disputandi materiam præ-  
buerunt, hora III. pom. tribus per hebdomad-  
diebus illustrabo. IN PRIVATISSIMO COLLEGIO, qua  
potero diligentia, pergam. Initium Lectionum  
erit d. 24. Aprilis. Dabam e musæo d. 18.

Aprilis anno MDCCXLVII.





Marburg, Diss., 1747/48

TH-OL

ULB Halle

004 791 290

3









8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
Inches  
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

*G. 26. num. 16.*

7. HOMBERGK

Sach

*1747 5.*

PROFESSORIS ORDINARIJ

ECANI

A M M A

E

ARRESTI

ITAE CONTRA

I DECRETI

VO

VE NOBILISSIMI

AE CIVES

D

IONES

MESTRE AESTIVVM

NDAS

A N T V R.

CATTORVM

ASSIMIRI MVLLERI

ANNO MDCCXLVII.

KONFRIED  
UNIVERS.  
ZVHALIE